

siquidem per aditionem, quam venditio supponit, talis esse definit bonaque hereditaria proprias ipsius heredis esse ceperunt, l. cum heredes 23. ff. de acquirend. possess. Vivian. l. 4. cap. 2. n. 10. atque ita universitas in suas singularitates resolvitur, itaut singulae res per se distrahae videntur. Vivian. n. 6. Ricc. in prax. for. Ecclesiastic. decis. 179. n. 156. Garcia. d. c. 9. n. 12. Rota decis. 1152. n. 3. part. 3. in rec. Unde & jus patronatus separatim venditur, quod jure non licet. Quo argumento utitur. Vivian. l. 4. cap. 1. nu. 9.

111 Cui pro communi sententia poterit responderi, hereditatem dupliciter adhuc post aditam hereditatem considerari, vel confusam cum bonis heredis, vel ab eis separatam, quatenus est universum jus, quod defunctus reliquit tempore mortis, in quod haeres successit, sub hac ratione est quid universale; non sic sub illa: cum autem distrahitur, non consideratur ut pars patrimonij successoris, sed ut defuncti substantia, idedque hereditas nuncupatur, quae viventis nulla est, l. 1. ff. de hered. vel action. vendit. Hinc est, ut singulae res hereditariae non censeantur venditae, sed universitas in qua continentur; Ant. com. variar. l. 2. c. 2. n. 44. Hermosill. in l. 34. glof. 1. n. 1. tit. 5. p. 5. Quod aperte constat ex l. 2. ff. cod. juncta Glof. ibi. verb. De evictione, qua probatur venditorem hereditatis non teneri de evictione pro rebus singularibus hereditariis, quae evincuntur; Olea de cession. jur. tit. 7. q. 5. n. 14. Cyriac. tom. 1. controv. 17. n. 26. de quo fuit Hermosill. ubi proxime quia singulae res seorsim non venduntur. Sic & jus patronatus transferri in emptorem hereditatis, nihil impedit.

Ibi: Imò si pars hereditatis vendita fuerit.

112 Si hereditatis pars distrahat, cum in ea jus patronatus Ecclesiasticum fuerit, emptor pro ea parte efficitur patronus Hermosill. in l. 15. glof. 4. n. 5. tit. 5. p. 5. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz. reg. 401. amp. 1. Sanch. d. dub. 80. n. 3. & dixi sup. l. 1. c. 13. n. 12.

113 Sed superior assertio de translatione juris patronatus in emptorem hereditatis minime procederet, fit in ea nihil aliud sit, vel aliquid ita exiguum, ut premium pro ipso jure patronatus constitutum agnoscat, Lambertin. dist. q. 5. art. 15. num. 12. Sanch. nu. 10.

Ad Num. 9.

4 Adde Sanch. d. c. 3. dub. 93. n. 8. qui n. 5. docet melioratum in Tertio, & Quinto, non succedere re parenti in jure patronatus, Spin. d. glof. 4. n. 54. Multo magis excluditur exheredatus, Sanch. n. 4. Lambertin. d. q. 5. art. 21. Vivian. lib. 4. c. 2. n. 55. etiam si non mala mente exheredetur, nam et si filiis exheredario non noceat quoad successionem in jus patronatus libertorum, l. si patronatus. 11. §. Si qui non mala, ff. de bon. liberor. aliud in jure patronatus hereditario Ecclesiae dicendum est ex manifesta differentiae ratione, ad illud etenim consequendum sufficit, filium non esse exheredatum, licet haeres non existat parenti d. lib. si patronus, §. fin. ad illud verò, nisi hereditatem adeat descendens, admittitur, ut dictum est sup. n. 102. filius quidem bona mente exheredatus, & non notae causa, pro exheredato non habetur quoad effectus juris. haeres tamen non est. Sed si pater per fideicommissum sic exheredato suam reliquerit hereditatem, hoc circumcivito usus, ut magis consilium, juxta l. multi 18. ff. de lib. & posthum. & dist. 9. Si qui non mala, tunc

non excludetur à jure patronatus, sed tanquam fideicommissarius universalis, qui heredis loco habetur, illud capiet, juxta doctrinam Molin. de qua sup. n. 108. cum in hac specie plurimum urgeat vehementer praesumptio, quod testator voluit, ne jus patronatus apud haeridem extraneum permaneret, nec filium eo privari, et si filium alium instituerit. Vide sup. n. 109.

Circa filium in legitima institutum videas, quae sunt sup. n. 92. ubi de feudo, & emphyteusi hereditariis. Et hucusque dicta procedunt utique in jure patronatus mixto.

Verf. Quod sit, ut si filius.

Si quis paternam suam legitimam vendat, emptor minime patronus efficitur, est filius à patre jus patronatus Ecclesiasticum habeat, quoniam legitima est bonorum pars, non hereditatis; ut ex plurimis probat Merlin. de Legitim. lib. 1. tit. 1. q. 2. num. 1. nisi de commodis filij tractetur, ut ipse cum aliis docet n. 9. 11. & cum in hoc casu non agatur de utilitate ipsius filij, sed alterius, ut bonorum pars, universitas dici non potest, ut cum ea jus patronatus transferatur. Sed hoc limitari potest, quando jus patronatus obvenit filio accessorie ad rem existentem in legitima; nam sat erit, ut cum ea jus patronatus transferatur; ad quae vide sup. nu. 96.

Ibi: Item & illud hinc colligitur.

De jure patronatus hereditario potest is, qui Ecclesiam construxit, vel aliam illud adeptus primò est, disponere donatione, aut alio titulo in praedictum suorum, aut extraneorum haereditum, Sanch. sup. dub. 92. n. 1. Vivian. lib. 4. cap. 2. n. 14. verf. Non obstat, quod patronus, Didac. Perez in l. 1. tit. 6. l. 1. Ordinan. Idem est de antiquo, quod possessor à fundatore per successionem habuit, Sanch. sup. Molin. d. c. 24. n. 30. ubi cum D. Covar. hic resolvit, licet jus antiquum hereditarium uni ex filiis praelegare in praedictum caeterorum; & ita communiter docent DD. teste Vivian. post c. 2. n. 27. l. 14.

Observandum est cum eodem Molina, Episcopi consensum intervenire debere: quod regulare est, quoniam jus patronatus Ecclesiasticum per se absque universitate in laicos transferatur. Vivian. c. 1. n. 17. 18. Molin. sup. n. 13. Mantia, decis. 86. n. 6. Barbof. d. allegat. 71. num. 11. 12. secus si Ecclesiae, locove Religioso legetur, aut donetur, quia talis consensus minime desideratur; Molin. sup. Vivian. numer. 16. Gratian. disceptat. cap. 177. n. 3. Pat. Suar. tom. 1. de Religio. l. 4. de Simon. cap. 28. n. 15. Barbof. num. 11. Quod si ab una Ecclesia in aliam transferatur, Episcopi consensus, vel alterius Superioris ejus, quae alienat, requiritur, & aliae solemnitates, quae in alienationibus rerum Ecclesiasticarum debent adhiberi, Vivian. nu. 33.

Donatio autem, vel legatum absque Episcopi assensu nullus est mementi, sed jus patronatus permanet apud donatorem; vel testatorem, Vivian. c. 4. n. 74. Seraphin. decis. 884. num. 1. Barbof. num. 23. Borrell. in summ. decision. tit. 32. nu. 3. Rota decis. 337. n. 7. part. 2. recent. Potest tamen ex post facto confirmari, Episcopo consentiente expressim, vel tacite admittendo scilicet scienter praesentationes per donatarium factas, Vivian. c. proxime citato. d. n. 74. Mantia, sup. nu. 7. Barbof. n. 15. 18. Rota decis. 17. de jure patr. in antiq. Imò etiam post mortem donatoris, Vivian. ibi, Rota decis. ult. de jur. patron. in ant. & dist. decis. 337. nu. 7. Licet aliud sit post mortem donatorij, ut Vivianus testatur fuisse decum,

Vicarius,

119 Vicarius, etiam generalis, consentire alienationi nequit, nisi speciale mandatum habeat; Vivian. cap. 1. n. 25. Garcia de benef. p. 5. cap. 9. n. 75. Barbof. de potest. Episcop. part. 3. allegat. 54. n. 75. Capitulum, Sede vacante, consensum praestare non prohibetur, quoniam actus jurisdictionis est, quae in eo, ubi non est Praelatus, residet; Calderin. cons. 4. de jure patron. Ricci. in prax. for. Ecclesiastic. decis. 180. num. 149. Vivian. ubi proxime, n. 26. qui eos refert, & cum eis tenere videtur; licet contrarium prober, Gratian. disceptat. c. 303. n. 10. De aliis, quae huc pertinent, consulas Vivian. d. c. 1. à n. 13. Barbof. d. alleg. 71. ex n. 15.

Ad Num. 10.

120 Utrum possessor juris patronatus Ecclesiae, familiaris, vel mixti, possit illud alienare in praedictum vocatorum? docent Molin. sup. n. 31. Sanch. dist. dub. 92. n. 2. 3. Lotter. dist. quest. 11. n. 4. cum aliis, Garcia dist. cap. 9. n. 69. Vivian. cap. 2. ex nu. 10. & cap. 9. num. 7. cum quo distinguendum est; nam qui primò jus patronatus obtinuit ab Ecclesia, propria pecunia expensa, jure permittitur, ut possit suis descendibus praedictare. Sed si illud per successionem à fundatore obtinuit, non valebit de ipso disponere cum detrimento eorum, qui de familia fuerint. Ex quo, juncto n. 116. colliges differentiam inter patronatum gentilitium & hereditarium, quam notat cum multis Vivian. post. c. 2. n. 27. lib. 14.

121 Nota, quòd in jus patronatus gentilitium, seu familiare, succeditur in capita, in hereditarium, in stirpes, ut observat Vivian. cap. 1. nu. 58. cum seqq. Lotter. sup. ex n. 123. Quid de mixto? Idem quod de gentilitio dicendum videtur. Quando succedens in majoratum, jus patronatus consequatur? late explicat Molin. d. cap. 24. à nu. 27. An succedat Monasterium, quod Patronus ingreditur? vide apud Sanch. dub. 93. n. 19. Vivian. c. 2. à n. 61. Praeterea sciendum est in jure patronatus esse locum representationi, maxime si jure primogenij deferatur, de quo per D. Covar. practiar. cap. 38. n. 13. Robles de Salcedo de representat. lib. 3. cap. 19. à n. 72. ubi putes; Molin. de primogen. lib. 3. c. 7. nu. 19.

Verf. Sexto, ab eadem.

122 Si quis, pluribus institutis, decedens, uni ex illis praecipiat, ut Ecclesiam ex suis bonis hereditariis construat, haerede edificante post mortem testatoris, jus patronatus Ecclesiasticum omnibus haeredibus commune est. Ita cum D. Covar. tenent Pat. Vazq. in opuscul. tract. de redditibus, c. 2. §. 2. dub. 19. in fine. Sanch. consilio. moral. lib. 2. c. 3. dub. 93. n. 13.

123 Sed contraria sententia Koch. Curt. quam, refert D. Covar. non levibus innititur rationibus, & fundamentis: pro qua facit primò, Regula, secundum naturam ff. de reg. jur. Cum enim testator decreverit, quod haeres solus gravatus expensarum dispendium sustineret, credendum est voluisse, ad eum duntaxat commodum patronatus Ecclesiae pertinere, ut ibi fit honor, ubi onus esse praecipitur, ut differit Imperator in l. fin. §. Sed cum in secundam, C. de furt. & in §. unic. Inst. de legitim. patronor. tut. facit cap. advers. 7. in fine, de immunit. Eccles. Nec inaequalitas erga haereses praesumenda est ex testatoris voluntate, argument. l. si pluribus 45. ff. de leg. 2. D. Covar. sup. lib. 1. c. 13. n. 9. verf. Sexto, subinfertur.

124 Secundum, quia jus patronatus à defuncto non provenit, sed ex gratia edificanti jure concedi-

tur, cap. 1. & per tot. de jure patronat. Lotter. sup. l. 2. nu. 26. Vivian. l. 1. c. 1. n. 35. atque ita cohaereditas nihil consequi possunt ex eo, quod fundator à defuncto non habet. Nec intererit, si respondeatur, quod jus patronatus potius censetur concessum testatori, cujus pecunia templum erectum est, quam haeredi, qui nullam liberalitatem exercet; lib. unum ex familia. 69. §. 1. ff. de leg. 2. Maxime quia quod per alios facimus, nos facere videmur, l. 1. §. Dejecisse ff. de vi, & vi armat. Cum ea solutio elidatur, tum quoniam jus patronatus non tribuitur mandanti defuncto, sed immediatè eidem construenti; Seraphin. dec. 271. Lotter. ubi proxime, num. 16. Tum quia sumptus non fiunt ex bonis defuncti, sed heredis, in quem per aditionem transferunt; l. cum heredes 23. ff. de acquirend. possess. & cum in id tempus dispositionem mandans contulerit, quo jam bona essent successoris ex ejus praesumpta voluntate patronatus edificanti deferatur, poterat etenim praecipere, ut ex hereditate ipsa deduceretur ad Ecclesiam edificandam, quo casu doctrina D. Covar. proculdubio procederet, quamvis unius heredis industria testator elegerit ad opus.

Tertium, praeteris urget argumentum sumptum à jure patronatus libertorum, quo utitur etiam Lotter. ubi proxime; nam servus proprius testatoris, si manumittatur jussu ejus ab haerede, vel legatario, non efficitur libertus orcinus, sive defuncti sed solius manumissoris, l. qui ex causa 29. ff. de bon. liberor. l. 1. ff. de bon. possess. cont. tab. libert. l. 2. in princip. ff. de suis & legit. haeredib. §. Qui autem, Inst. de singul. reb. per fideicommiss. relit. Lotter. sup. & omnes communiter. Igitur eodem modo construens Ecclesiam ex praescripto antecessoris solus patronatum obtinebit, qui non jubenti. sed exequenti tribuitur.

Quartum tandem; ut alia omittamus, perpendendum est, verum non videri, quod pro opposita opinione supponitur, videlicet Ecclesiam nomine testatoris construi, quoniam haeres licet voluntatem defuncti adimpleat, proprio nomine agit, quem admodum, qui jussu manumittit; praesertim cum haeres, defunctus, una eademque persona existimetur, l. fin. C. de hered. instituend. Auth. de jurejurand. à morient. praescripto, in princip. Unde alieno nomine edificare dici non potest, et si aedificium cedat in spiritualem jubentis utilitatem, & ad ipsius memoriam apud homines commendandam, l. 6. titul. 10. p. 1.

Superest, ut satisfaciatur responso Consulti in l. his consequenter 18. §. 1. verf. Sed & cum monumentum, ff. famil. eriscund. cui simile est in lib. Quintus Mutius 7. §. 1. ff. de ann. legat. quo maxime opinio contraria fulcitur: sed earum decisionum vera ratione intellecta, constabit ad rem, de qua agimus, ea jura minime pertinere. Est igitur praemittendum monumentum nihil aliud esse, quam aedificium sepulchris adhærens ad munimen eorum, vel ad memoriam defunctorum, qui ibi conduntur, quo magis cadavera honorentur, l. 2. §. monumentum, l. fumeris sumptus 37. §. fin. ff. de religiof. & sumptib. funer. & ideo in d. lib. Quintus, dicitur hoc ad auctoritatem defuncti pertinere. Testator autem habebat sepulchrum hereditarium non munitum, nec decoratum, in quo ipse humanus erat, iussitque uni ex haeredibus, ut ibi faceret monumentum, quod fieri, cohaereditum interesse merito Consulti responderunt; quia cum tale sepulchrum ad illos spectaret, lib. familiaria 5. ff. de religiof. & sumptib. funer. illud munitum exornatumque esse, eis expe-

acquiri

acquiri, cum sepulchrum, à quo erat inseparabile, commune omnibus hæredibus foret; maxime quia quicquid solo inædificatur, solo cedit, l. adeo, §. Cum in suo, ff. de adquirend. rer. domin. & accessorium naturam sequi ut principalis, cap. accessorium, de reg. jur. in 6. Unde nil mirum, si hæredibus monumentum ab uno factum competere dicatur, quibus jus sepulchri erat. Hæc vero ratio, ut per se notum est, in hærede ædificante Ecclesiam, nequaquam reperitur; quapropter allegati textus nihil probant ad favorem sententiæ contrariæ, quam veneror, libertatisque amplecterer, quam impugnarem, ni præmissa urgerent fundamenta. Posset tamen dici ei locum fore, si ex conjecturis, personarumque qualitate colligeretur, testatorem voluisse jus patronatus omnibus hæredibus esse commune, non tamen ad hoc satis erit, quod juberetur fieri Sacrum ædificium in loco, qui testatoris esset; etsi ex interpretatione mox tradita colligatur: nam in sepulchro jus sepeliendi proprium erat hæredum, acquiritum per successionem, nec per adjectionem monumenti auferebatur; at locus privatus, in quo Templum ædificatur, prorsus Sacer efficitur, ac nullius in bonis esse potest, §. Nullius, & ibi Glos. Inst. de rer. divis. quem testator nunquam factum hæredum Deo dicavit, quare in hac specie considerari nequit vis accessionis, quæ in monumenti ædificatione reperitur.

AD CAPUT XIX.

De interpretatione, leg. Quoties 13. Cod. de rei vindicat.

SUMMARIUM.

- 1 Authores videndi recensentur.
2 Plures ad eandem ex contractu actionem habere, quibus modis contingat, & quis preferatur, num. 3.
4 Deciso l. quoties, Cod. de rei vindicat. præter emptionem in similibus contractibus locum habet.
5 Ratio ad eam constitutionem redditur.
6 Sufficit traditio ficta, ut ea, lex procedat. Quod limitatur, ad n. 12.
13 Vendens eandem rem duobus in solidum, ei qui succubuerit, ad interesse obligatur.
14 Obligatus ex venditione ad rem tradendam, ad id præcisè compellitur, si facultatem tradendi habuerit; ad nu. 18.
19 Constitutio d.l. quoties, non obtinet, ubi dominium absque traditione ipso jure transfertur.
20 Nec in spiritualibus, & n. 21. 22.
23 Ecclesia emente non admittitur eadem constitutio, ad num. 25.
26 An in contractibus Principis ea constitutio locum habeat, & quando transferatur ipso jure possessio in contrahentem cum Principe; ad n. 35.
36 Concessio ejusdem rei, vel venditio à Principe duobus facta, quando valeat? remissivè.
38 L. quoties, C. de rei vindicat. in Ecclesia, & Ecclesiasticis vendentibus procedit. Limitatur, n. 8.
39 Non procedit quando posterior emptor priorem alienationem cognovit.
40 Nec si posterior cui res traditur habeat titulum lucrativum, & prior contrahens onerosum.
41 Duobus eadem rem diverso tempore vendita, & tradita, in dubio præsumitur in possessionem prius venisse, qui in contractu præcessit.
42 Ex duobus emptoribus ejusdem rei ille præfertur,

- qui prior satisfecerit venditori, etsi alter possessionem antea obtinuerit.
43 Limitatur, si venditor dominus non sit.
44 Emens cum pacto de non alienando, & hypotheca, aut cum eo solo pacto, an præferatur postea ementi, ac possessionem adipiscenti? ad n. 48.
49 L. quoties, in pignoribus non procedit.
50 Res vendita, & tradita à domino, si hic deinde dominus efficiatur, venditor ex traditione facta dominum querit.
51 In locatione an locus sit d. l. quoties? ad n. 54.
55 Quid in contractibus juramento vallatis? ad n. 59.
60 Quædam circa eandem constitutionem observantur, usque ad fin.

UT plenissime comprehendantur omnia circa decisionem l. quoties 13. C. de rei vendic. de qua D. Covar. sub capite isto, expedit consulere Greg. Lop. in l. 50. tit. 5. part. 5. & ibi Hermosill. glos. 1. cum seqq. Merlin. de pignorib. l. 4. q. 30. Ant. Gom. variar. l. 2. cap. 2. n. 20. Guttier. de jurament. confirmator. part. 1. cap. 30. Aug. Barbof. in collectan. ad d. l. quoties, Mozz. de contractib. tit. de empt. c. de naturalib. emptio. n. 33. Thesaur. q. forens. l. 4. q. 64. Pat. Molin. de just. tract. 2. disp. 369. Lessi. cod. tract. l. 2. c. 21. dub. 20. ex n. 140. Dicastil. de just. l. 2. tr. 9. disp. 1. dub. 8. Card. Lug. in similit. tr. 10. 2. disp. 20. c. 11. Variis modis contingere potest, ut ex contractu emptionis, vel alio, plures ad eandem rem habeant actionem. Primo, quando duobus simul res pro parte venditur, aut simpliciter, quia etiam pro virili unicuique distracta censetur; argument. l. si fundus 16. §. si duo, ff. de pignor. & hypoth. Greg. Lop. in d. l. 50. gl. 2. & hoc casu traditio, live uni, live alteri fiat nulli jus ad suam portionem auferitur, l. si debitor 10. ff. de pignorib. & hypoth. ex quo constat d. l. quoties, & ad hoc aptari non posse.

Secundò, si plures simul emant fundum in solidum, & omnes ad petendum veniant ante traditionem, concursu inter eos partes fient; ut in similibus fieri solet, l. 1. §. interdum, ff. de usufruct. accrescend. l. conjunctim 78. ff. de legat. 3. l. si finita 14. §. Cum autem plures ff. de damn. infect. Sed si aliquis prior possessionem nanciscatur, ille proculdubio potior habebitur, ex d. l. quoties, quæ absque difficultate hic procedit, Greg. Lop. ubi proximè.

Tertiò, potest prædium diverso tempore in solidum duobus vendi, & ante traditionem qui prior est tempore, potior est jure; l. 7. tit. 7. p. 7. ubi Greg. Lop. glos. ult. Lessi. sup. n. 140. Dicastil. n. 261. Card. Lug. n. 163. Quod si traditum fuerit alicui, ille, etsi ultimo contraxerit, obtinebit, qui primus possessionem adeptus est, ut probatur in d. l. quoties, l. qui tibi 6. C. de hered. vel actio. vend. l. 50. tit. 5. p. 5. & docent Castil. controversiar. l. 5. c. 80. n. 25. Thesaur. sup. n. 1. Ant. Gom. ubi proximè, Dicastil. n. 262. Card. Lug. n. 164. Menoch. conf. 1222. n. 78. Guttier. n. 1. Fachin. controversiar. l. 2. cap. 33. in princip. Ceval. commun. tom. 2. quest. 756. n. 48. Merlin. n. 1. Pat. Molin. n. 2. Mozz. n. 33. Hermosill. n. 1. Lessi. n. 140. vers. Dico secundo, Caldas de empt. c. 26. n. 37. Morla in empor. jur. part. 1. tit. 9. de empt. in preclud. n. 48. & alij innumeri, quos cumulat Barbof. sup. n. 2. Quod declara, etsi tempore primæ traditionis venditor dominum non haberet, & tempore secundæ sic; nam adhuc qui primus possessionem obtinuit præferretur: l. si à Titio 72. ff. de rei vindic. l. penult. ff. de except. rei vendit. Fachin. l. 7. cap. 33. vers. Primus articulus, Ant. Gom. sup. vers. Septimò, principaliter.

Quæ constitutio communiter ampliatur ad alios similes contractus tam onerosos, quam gratuitos, ut feudum, emphyteusim, donationem; Ant. Gom. ubi proximè,

proximè, Merlin. sup. vers. Cujus legis, Barbof. à n. 3. Castil. n. 44. Hermosill. ex n. 2. Noguero. allegat. 14. n. 48. Lessi. d. vers. Dico seundo, Velasc. de jur. emphyt. q. 14. n. 7. Merlin. n. 6. Idem dicendum est in primogenio ex causa onerosa, & irrevocabili, juxta l. 44. Taur. nam si postea fundator res, ex quibus majoratum instituerat, alteri in primogenium tradat, hic melioris erit conditionis; quo limita si fiat de licentia Principis, quæ per primum actum expiravit, ut explicat Greg. Lop. in d. l. 50. glos. 1. ad fin. quem videas, & Hermosill. qui alios refert, n. 30. & 31.

Ibi: Hujus constitutionis ea est ratio.

Ratio est, quia ex contractu emptionis, & similibus, regulariter nullum jus in re quaeritur emptori; sed actionem duntaxat personalem habet adversus dominum venditorem, qui cum pleno jure dominium retineat cum facultate alienandi, l. qui tibi 3. C. de his, q. à non domin. Pichard. in §. Utique tamen n. 4. 6. Inst. de empt. M. reuot. variar. l. 2. cap. 1. n. 3. Ant. Gom. in l. 40. n. 16. 18. Card. Lug. n. 164. Illud in eum, cui postea ex titulo legitimo rem tradit, transeat; Nec novus dominus potest molestari, in quem cum successor singularis sit, actio personalis non datur, ut probavi l. 1. c. p. 8. n. 4. De qua ratione, Ant. Gom. Lessi. Molin. & alij pro conclusione supra laudati.

Nihil autem interest quoad eam constitutionem, ut vera, vel ficta traditio intercesserit, quando quidem per actus fictos vera possessio, & dominium transferri potest, l. quod meo 18. ff. de acquir. possess. Ant. Gom. in l. 45. Taur. n. 45. Dicastil. à n. 264. Cardin. Lug. n. 165. vers. Quarto, traditionis nomine & alij statim referendi. Unde si quis vendat domum Caio, ac deinde Titio, constituens se hujus nomine possidere, quamvis Caio postea eam verè tradat, Tit us superabit; Castil. sup. n. 17. Thesaur. n. 3. Merlin. n. 29. Magon. Lucens. dec. 21. n. 5. part. 2. Ant. Gom. d. cap. 2. n. 26. Quædò principaliter, Bernard. Diaz. reg. 229. Barbof. n. 11. Hermosill. n. 9. Molin. n. 4. Thesaur. tamen d. q. 64. n. 4. differentiam constituit inter veram traditionem, & clausulam Constituti, quoad rem duobus in emphyteusim concessam, sentiens primum contrahentem secundo præferendum, cuius nomine dominus constituit se possidere.

Sed communis proxima conclusio nonnullis limitationibus subjicitur, de quibus Barbof. n. 12. & Hermosill. à n. 10. Prima est, in venditione conditionalis cum clausula Constituti; nam si pendente conditione, eadem res alij purè vendatur, veraque vel ficta traditio subsequatur, posterior emptor potior habebitur, etsi conditio primæ venditionis advenerit, Ant. Gom. in d. l. 45. n. 93. Barbof. ubi proximè, Guttier. in §. Sui, n. 197. Inst. de hered. qualit. Hermosill. n. 10. quod est declarandum ex Ant. Gom. quando clausula illa fuit utique conditionalis; alioqui si esset pura, ita ut venditor statim vellet dominium in emptorem transire, quamquam conditionalis fuisset venditio, præmissa limitatio non habet locum; quoniam dominium voluntate domini ex titulo conditionalis transferri ante implementum conditionis potest. l. dotis fructus 8. §. ult. ff. de jur. dot. l. sub conditione 18. ff. de solutionib. late Amat. variar. l. 2. resol. 62. à n. 5. qui fatetur hoc contradictione non carere, ut videre licet apud eum, præf. l. 3. q. 65. à n. 7.

Secundò limitatur: si quid vendatur ad mensuram, eadem clausula adjecta; si enim quis emeret priusquam res metiretur, & possessionem etiam obtineat per actus, veros, vel fictos præcedente mensura, si ad eam venditum est; primum emptorem vincet: Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 17. n. 4. Hermosill. n. 13. Tusch. præf. conclus.

Quæ limitatio eadem ratione, qua proxima sustinetur, quantum hujusmodi venditio conditionalis est, & imperfecta, ex quo clausula Constituti, ad translationem dominij, & possessionis, non prodelt; de quo D. Covarr. practicar. cap. 34. n. 6. Menoch. conf. 26. n. 29. Trentacinq. varia. l. 3. ut, de emptio. resol. 5. n. 1. Quæ utique potest declarari secundum doctrinam Gomezij nuper traditam, quando fundus, vel alia res certa, ad mensuram tota distrahitur.

Tertiò, quando clausula Constituti additur in favorem absentis, quantumvis Notarius ejus nomine acceptet, quo casu si alius comparet, possessionemque ejusdem rei consequatur, antequam rarum absens habeat quod gestum est, secundus emptor melioris erit conditionis: Ant. Gom. n. 83. Valac. conf. 55. n. 2. Hermosill. n. 16. Barbof. à n. 12.

Quartò, ubi alias limitationes, de quibus per 10 Barbof. & Hermosill. si res veneat habità fide de pretio certa die solvendo, & venditor constituitur nomine emptoris possidere, si tempore præscripto solutio non fiat ob moram debitorem, is, qui postea emerit, priori præferetur, ut observat Cancr. variar. part. 1. c. 13. de empt. n. 6.

His adjiciendum est, veram, vel fictam traditionem nullo modo impedire, ne potior sit secundus emptor, in quem res translata est, quando pretium numeratum, oblatumve non fuit, aut venditor fidem non habuit de pretio; atque ita qui primus possessionem adeptus est, satisfactione data venditori, is prævalet, etiam si alter prius per actum verum, vel fictum in possessione rei constituitur, si pretium non solvat, nec aliter satisfaciat; Molin. n. 3. Hermosill. n. 37. ubi alij, Caroc. de excessu. bonor. qu. 13. qu. princip. n. 43. Gratian. de captiv. c. 523. n. 9. Barbof. n. 25. Card. Lug. n. 165. Ratio est, quia ex venditione per traditionem non transfertur dominium in emptorem, nisi venditori satisfaciat, §. Venditæ, inst. de rer. divisio. Cancr. sup. n. 2. Greg. Lop. int. 1. glos. ut. tit. 11. part. 1. Pichard. in d. §. Venitæ, n. 1. Hermosill. cum pluribus in l. 28. glos. 1. n. 1. tit. 5. part. 5. ubi textus, Molin. disp. 368. n. 15. Merlin. d. l. 4. qu. 41. n. 3.

Similiter dicendum erit, si duobus eadem res vendatur, & tradatur, quorum unus pro parte pretium solvit, alter integrè venditori satisfecit. hic enim præferendus est, etsi posterior in emptione, traditione, & satisfactione sit, nedum in parte, sed in tota re vendita, quia dominium nec pro parte transit, antequam integrè pretij satisfactio præstetur; Cancr. sup. n. 5. Surd. decisi. 220. n. 12. Barbof. in l. fistulas, §. qui feudum, ff. de cont. emptio. gratian. d. cap. 523. n. 2. Hermosill. cum aliis, in l. 28. glos. n. 3. tit. 5. part. 5. qui n. 4. idem esse ait, si vel unus nummus deficeret, allegans Narbona in l. 30. glos. unic. in fine, tit. 7. lib. 1. Recopilat.

Quoties tamen emptor succumbit, nisi sciens rem alij venditam compareret, agere ad interesse contra dolosum venditorem potest, dict. leg. 50. tit. 5. part. 5. l. qui tibi 6. C. de hered. vel act. vendit. Molin. dict. disput. 369. n. 2. Hermosill. in ead. l. 50. n. 43. Anton. Gom. sup. cap. 2. n. 20. vers. Quæ tò principaliter Barbof. n. 30. Hevia Boleños in com. merc. terrestri, lib. 1. cap. 12. n. 52. Merl. sup. nu. 26. Dicastil. n. 263.

Ad Num. 1.

Venditor, qui rem distractam tradere potest, ad id compellitur, nec liberatur interesse solvens, sed si eam præstandi facultatem non habeat, interesse loco rei succedit; Greg. Lop. in l. 7. glos. ult. tit. 5. part. 5.